



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis de trithemem abbatis spanhemensis ordinis  
sancti benedicti de obseruantia burßfeldensi. liber  
lugubris. de statu et ruina monastici ordinis**

**Trithemius, Johannes**

**[Mainz], [nach 11.IV. 1493]**

Qua[m] periculosum sit regimen animarum. Cap[itulum] xj.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31359**

Imperitia  
31

plerumque edocuit quatas turbaciones. diffensiones. iras  
rixas: oblocutiones: et odia suscitauerint in cōgregacōni  
bus monachoz̄ visitatores imperiti: quibus de imperio  
totū: de scientia et charitate nihil constat. Sed de hoc  
satis dixerim: ne accusare videar eos quos honore pron  
sequi ppter officij dignitatem iubemur.

**Quā periculosum sit regimen  
animarum**

**Cap. xj.**

Sap. 5.

animarum

Imperitia

Consideraremus quē periculosa res sit regi  
men animarū: quē graue onus cure pastoralis:  
quē districto examini obnoxiiū: mirū si vnq̄s in  
hac vita cor nostrū de securitate p̄sumeret. Dicit em̄ scri  
ptura: quoniā iudiciū durissimū fiet in eos qui presunt.  
Nam sicut beatus benedictus p̄testatur in regula p̄ ani  
mabus omniū monachorū sibi commissoz̄ abbas deo  
redditurus est rationē. Idcirco dicit. Ordinatus abbas  
cogitet semp̄ quale onus suscepit: et cui redditurus est ra  
tionē villicacōnis sue. Onus certe et graue et periculosū  
p̄ animabus multoz̄ rationē reddere: cū vix vnusquisq̄  
p̄ semetip̄o valeat respondere. Quod respondebūt summo  
pastori abbates terrenis dediti: quāsi fratrū suoz̄ ma  
lo exemplo perimūt: et nec verbo nec ope pascūt. Quid  
dicā de quibusdā nr̄i ordinis abbatibus: qui regulam  
sancti benedicti quā p̄fiterentur: nec legūt: nec si legāt intel  
ligūt. Ventior si non nouit abbates sub nr̄o cap̄lo cō  
stitutos: qui tantis ignorātie tenebris inuoluti sunt: vt  
minimā sententiā ex regula nō intelligāt. Diuinas scrip  
turas nec sciūt nec diligūt: vanitatibz̄ mūdi submersi eua  
nescūt: desiderijs carnis nō sp̄ritus inseruiūt. Oportet  
abbatem iuxta p̄ceptum legislatoris nostri doctum esse  
lege diuina: vt sciat et sit vnde proferat noua et vetera:  
castum: sobrium: misericordem: et cetera. Quid isti dis  
cent: quid docebūt. quid exhortabūtur. quod nihil de scrip  
turis sanctis. de regulari disciplina nihil intelligunt.

50.  
D bone deus ad quantā miseriam ordo noster deuenit: *folio 5*  
qui olim doctissimis sanctissimisque viris plenus fuit. Ubi  
est nūc amor obseruantie regularis: ubi scripturarū stu-  
dium: ubi cōuersatio sanctitatis? Omnia simul perierūt:  
et vix in paucis pristinae honestatis inuenimus vestigia.  
Abbatēs nostri (exceptis paucis) aut auaricie dediti:  
aut vanitatibus mūdi distracti: nihil minus quā de scien-  
tia scripturarum cogitant: quāuis se doctos multū arbi-  
trentur. Sed ex operibus eorū cognoscitur eruditionis  
ingenium. Jam doctus creditur auarus: iam religiosus  
dicitur qui agrum agro copulat: qui lucris terrenis in-  
uigilat: qui cōgregandis diuicijs appetitum laxat. Sed  
credite mihi patres quoniam vera dicturus sum: diuicie  
temporales nō faciūt stabilem in ordine disciplinā. Quae  
terribilem sunt subituri sententiā abbates: qui regulā ne-  
gligūt: qui monachos suos verbo et exemplo sanctitatis  
non p̄cedūt: qui spiritualia exercicia vilipendūt: qui terre-  
nis lucris incumbunt: qui disciplinā monastice honesta-  
tis cōtemnūt. Utinā saperent et intelligerent ac nouissimā  
p̄uiderent: et onus tanti regiminis aut sollicitē gui-  
bernarent: aut si non possent humiliter deponerent. Felix  
qui sollicitus stat sup̄ custodiam suā: qui voluntatem  
dñi facit semp: qui sine fictione ad puritatem regule cō-  
uersatur.

U3  
Sed ad p̄sens hec que de statu et reformatione ordinis  
nostri diximus ut credo sufficiūt: quorū lectio cū termina-  
no capituli finem quoque sortiatur. Ceterū omnia et singu-  
la que vel in hoc tractatu vel in alijs scripsi vel scripsero:  
examini sacrosancte ecclesie romane subijcio: cuius fidē:  
doctrinā et diffinitionē: quoad vixero seruare docere cre-  
dere ac defendere semp et ubique volo. Si quid autē (quod  
absit) aliter a me dictū fuerit quā illa tenet, docet et cre-  
dit: iam p̄ p̄sentes simpliciter reuoco: et p̄ nō dictis ha-

*hij corinth*

*mar 7*

*dim 10*

*Leuit. 32.*

berri volo. Summū pontificem vicariū christi fidei mee  
atq; doctrine iudicem et moderatorem hac mea prestan  
tione in omnibus esse volo et sentio.

*Societ' Jesu Paderborna*

**L**ectus fuit presens tractatus in capitulo provinciali  
ordinis sancti benedicti provincie maguntine in hirsau  
celebrato ad mensam Anno dñi Millesimoquadringen  
tesimononagesimotercio. dñica Jubilate et diebus sequē  
tibus vsq; ad finem. Om̄ibus autē abbatibus inibi adu  
natis volentibus et cōsentientibus statutū fuit vt impri  
meretur; et in futuris capitalis provincialibus ad mens  
sam semp publice legeretur vt patet in statutis.

1493